



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De praeliis militum regni Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

& 26. Illius pacis nullus erit finis. Sedebit ^{Esa. 9.}
 inquit populus meus in pulchritudine pa-
 cis, in tabernaculis fiducia, in requie opu-
 lēta, Esa. 32. Illa est pax quæ exuperat om-
 nem sensum: quam optabat Symeon,
 Luc. 2. Nunc dimitte seruum tuum Do-
 mine in pace. Vnde quemadmodū om- ^{1. de celo.}
 nis motus est ad quietem, sic nostri co-
 natus ad illam quietem & pacem: ad quā
 opus est peruenire per bella: sicut Chri-
 stus, Luc. 24. Nō coronabitur nisi qui le-
 gitimè certauerit ceu cataphractus miles
 Iesu Christi.

De præliis militum regni Christi.

C A P. 12

Christus nouus homo cœlestis,
 ex filio Dei factus est filius ho-
 minis, & hominū seruus: etiam
 impiorum: submissus pontifici-
 bus malis, Ethnicis hominibus, adeoque
 omnibus incōmodis nostris dempto pec-
 cato, Hebr. 2. & 4. vt nos vindicaret in li-
 bertatem: Imò ex seruis peccati, & dia- ^{Heb. 2. & 4}
 boli redderet filios Dei: qui ex amore ma-
 gna animi libertate seruiamus illi. Non
 enim nobis impartitus est libertatē car-
 nis, quam meditantur Chiliastæ & Ana-

Esa. 60. baptistæ: contra quos Hierony. *Esa. 60.*
Matth. 19. & *Matt. 19.* tantum in suo primo aduen-
 tu liberavit nos malis culpæ, aliisque præ-
 pedientibus ab ingressu paradisi occlusi,
Gen. 3. *Gen. 3.* non à malis corporis quæ promo-
 uent nostram salutem. Vnde quandiu vi-
 uemus in hac militanti Ecclesia, cōtinuo
Matth. 5. certamini expositi erimus. Nam militia
2. Cor. 1. est vita hominis super terram. Christus
Iaco. 1. rex triumphator, reliquit nobis pacē spi-
Act. 14. ritualem cum Deo & conscientia nostra:
Rom. 8. sed interim reliquit nos in campo certa-
1. Pet. 1. & 2. minis: vt per bellum tandem ad pacem
Iob 7. deueniamus. Vnde, *Matth. 10.* Ecce ego
Matth. 10. mitto vos sicut oues in medio luporum
Rom. 13. & *Ioan. 15.* Si me persecuti sunt & vos per-
2. Cor. 10. sequentur. De bello & armis militū Chri-
Ephe. 6. sti, *Rom. 13.* *2. Cor. 10.* *Eph. 6. 1.* *Thef. 5. 1.* *ad*
1. Thes. 5. *1. ad Tim. 6* *Timo. 6. 2.* *Timot. 2. 3.* & *4.* *Heb. 11.* *Gen. 3.*
2. Timo. 2. 3 & *Eccle. 3.* Vnde bella patrum veteris te-
& 4. stamenti fuerunt figura nostrorum spiri-
Hebr. 11. tualium, *Grego. 31. Moral. & 23. quæst. 1.*
Gene. 3. nisi bella. Item *August. 12. Ciuit. 16. & 22.*
Eccle. 3. *c. 24.* Quapropter in baptismo vngimur
Grego. 31. vt milites, vnde dicimur Christiani vn-
Moral. & *23. quæst. 1.* *August. 12.* *Ciuit. 16. &*
22. c. 24. *1. Corint. 1.* *& 15.* qui
1. Corint. 1. *& 15.*

nusquam nō adest suis militibus. Ego (in-
 quit) vobiscū sum omnibus diebus. Adest
 & spiritus sanctus, induens nos virtute ex
 alto, cui non poterunt resistere neque vi-
 res, neque verba, neque sapientia mundi:
 per quem ecclesia terribilis est vt castro-
 rum acies ordinata, inexpugnabilis: pri-
 mū à Christo fundata, & doctrina &
 miraculis Apostolorum. Ideò in funda-
 mento ponuntur nomina eorum. Apoc. *Apoc. 21.*
 21. Item rigata sanguine martyrum, con-
 firmata in fide per doctores ex scripturis
 sacris & earum interpretationibus, à con-
 fessoribus, orationibus, & exemplis. At-
 tamen manebit in cruce vsque ad con-
 summationem sæculi & interitum mun-
 di. Deus enim hoc statuit vt omnes ele- *Rom. 8.*
 cti sint cōformes Christo in passionibus: *2. Cor. 1.*
2. Timot. 3.
 crux enim est signum regis Christi, & mi-
 litia eius & tessera filiorum Dei, qui cor- *3.*
 ripit omnem filium quem diligit Hæbr. *Hebr. 12.*
 12. Sed quomodo Christus qui non gau-
 det malis nostris sed compatitur, voluit
 nos subijcere his calamitatibus? Nam om-
 nes qui piè volunt viuere in Christo Iesu *2. Tim. 3.*
 persecutiones patiuntur, vel internè per-
 tentationes & angustias super afflictio-

nes proprias, vel errores peccati, aut mor-
 tis *Pfal. 16. & 17.* vel super malis ecclesie
 & proximorum, vt Hieremias, Daniel,
Rom. 9. Nehemias, Paulus *Roma. 9. 2. ad Cor. 11.*
2. Cor. 11. & 12. vel patiuntur externe persecutiones
12. vt prophetæ *Matth. 5. & 23.* Apostoli *Act.*
Matth. 5. & 23. 4. 5. 6. 7. aliique sancti & iusti *Hebr. 11.*
Act. 4. 5. Sed nota primùm quòd causa mortis &
6. 7. malorum huius vitæ, non est fortuna ne-
Heb. 11. que fatum neque influentiæ cælorum,
Esa. 45. sed Deus *Esa. 45.* Ego Dominus faciens
Tren. 3. pacem & creas malum, &c. *Tren. 3.* Quis
Am. 3. dicit vt fieret non iubente Domino &
Rom. 5. *Am. 3.* si est malum in ciuitate quod non
 fecerit Dominus malū videlicet pœnæ.
 Sed scaturigo omnium malorum est pri-
 mum hominis peccatum *Roma. 5.* à quo
 corrupta humana natura quæ habet etiã-
 num alia peculiaria peccata quibus ac-
 cerit iram Dei prauis cupiditatibus vt
 Cayn, Esau, fratres Ioseph, regnum Israel
 decem tribuum: demum regnum David
 in quo remanserat cultus Dei: sed vide iu-
 stitiæ Dei animaduersionem. Ad illa sce-
 lera incitat diabolus vt irritetur ira Dei
 & crescant mala nostra quæ ex inuidia &
 odio nobis optat de quo *Gen. 3. Luc. 11.*

1. Pet. 5. Apoc. 12. & toto libro. Licet enim 1. Pet. 5.
Apoc. 12.
 mundus assidue affligatur morbis, morti-
 bus, ruinis regnorum, regum, ciuitatum,
 &c. ecclesia tamen Dei multo grauiora
 patitur. Ioan. 16. Mundus gaudebit: vos Ioan. 16.
 autem contristabimini. Sauiunt impij in
 pios & denique mundus totus Gen. 3.
 inimicitias ponam inter semen tuum, id
 est filios tuos: & semen mulieris, id est fi-
 lios ecclesiae: quod patet Ioan. 15. 16. 17. & Ioan. 15. 16.
& 17.
 Hebr. 11. Lapidati sunt, secti sunt, tentati Hebr. 11.
 sunt, quibus dignus non erat mundus: pa-
 titur Abel à fratre, à fratribus Ioseph, sic
 Isaac & Iacob à fratribus à nepote, Esay.
 Hieremias à regibus, pōtificibus, & pro-
 phetis, Christus à pontificibus, Hærode,
 Pilato, Iuda, &c. Deficeret me tempus si
 recensuero quid patres, quid prophetæ,
 quid Apostoli, quid denique omnes pij
 passi sunt in hoc militantis ecclesiae cam-
 po: quæ est vnica Dei hæreditas propter
 quam creatur mundus Hierem. 32. Si nō Hier 32.
 esset fœdus meum cum ecclesia scilicet,
 statuta cœli & terræ non posuissem pro-
 pter quam omnia bona veniunt in mun-
 do August. Math. 5. Solem sum oriri facit Math. 5.
 super bonos & malos, sed propter bonos:

propter eam durat mūdus, vnde finis ec-
 clesie erit exitium mundi. Illa enim sem-
 per fuit in paucis Dan. 9. Imminuti su-
 mus plusquam omnes gentes: quæ dicitur
 pusillus grex. Luc. 12. & assiduis agita-
 ta procellis & tamen durat plusquam om-
 nes monarchiæ imperia & regna. In quo
 maximè relucet Dei prouidentia, contra
 Epicurum. Illa enim exauditur, liberatur,
 sustētatur in suis tribulationibus per quas
 Deus vult ostendere iram suam contra
 peccatum toti generi humano commu-
 ne, atque alia particularia etiam minima
 quibus non caret ecclesia. 1. Ioan. 2. Si di-
 xerimus quod peccatum non habemus,
 nos ipsos seducimus, &c. Oportet, inquit,
 vt iudicium incipiat à domo Dei: & si pri-
 mum à nobis quid iis, qui non credunt
 euangelio Domini nostri Iesu Christi?
 1. Pet. 4. & Hierem. 25. inquit Dominus.
 Ecce in ciuitate in qua inuocatum est no-
 men meum, ego incipio affligere, & vos
 quasi innocētes & immunes eritis. Vnde
 Grego. quoties mortem saluatoris atten-
 do, & patientiam Iob, & mortem Ioan-
 nis Baptistæ considero, dico tibi ô pecca-
 tor. hic considera quid passuri sunt illi
 quos

quos reprobat, si tantum patiuntur quos
amat si (inquit) in viridi ligno hæc faciunt,
in arido quid fiet? Cum enim iudica-
mur, à Domino, corripimur ut non cum
hoc mundo damnemur. In morte Christi
maxima patuit ira Dei contra peccatum.
Alia causa tribulationum Ecclesie & exer-
citus Christi est. Deus enim plurima pol-
licetur bona suis, quæ tamen non largitur
in hoc mundo: quin potius mali prospe-
ratur, de quo conqueritur Dauid, *Psal. 72.* *Psal. 72.*
Hiere. 12. *Iob 21.* *Abacuc 1.* oportet ergo
esse sæculum longè melius, & aliam vitam *Abac. 1.*
præstantiorem ista, & iudicium futurum,
in quo puniantur mali & boni remune-
rantur, in corpore & anima. Alia etiam
ratio est ut contineamur in humilitate, *2. ad*
Corint. 1. responsum mortis accepimus, *2. Cor. 1.*
ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo
qui suscitatur mortuos, qui de tantis pericu-
lis nos eripuit. Mihi (inquit) bonum quia *Psal. 118.*
humiliasti me ut discamus iustificationes
tuas. De hoc, *2. Cor. 12.* *Esa. 26.* & *28.* tan- *2. Cor. 12.*
tummodo sola vexatio intellectum da- *Esa. 26.* &
bit. Item ut reluceat in ecclesia Dei po- *28.*
tentia, bonitas, & providentia: nam absque
præsidiiis humanis stat firma contra dia-

Math. 16. bolum & totum mundum, *Matt. 16.* Ad-
1. Pet. 2. de quod tribulationibus probatur fides,
Gene. 22. *1. Pe. 2.* quod patuit in Abraham, *Gen. 22.*
Iob 22. & *Iob 22.* *Deuter. 8.* adduxit te Dominus
Dente. 8. 40. annis per desertum, vt affligeret te, at-
 que tentaret, & nota fierent quæ in tuo
 animo versabantur. Crux enim est quasi
 tortura, per quam cognoscimus nos, &
 alij cognoscunt dona Dei in nobis. Item
Rom. 5. augent spem. *Rom. 5.* Tribulatio, patien-
 tiam operatur, patientia autem probatio-
 nem, probatio verò spem. Item est signū
Matth. 5. vitæ æternæ, *Matth. 5.* beati estis cum ma-
 ledixerint vos, & persecuti fuerint, &
 gaudete in illa die, & exultate: quoniam
 merces vestra copiosa est in cœlis. Beati
 qui nunc fletis quia ridebitis, de hoc, *Ioā.*
Ioan. 16. *Rom. 8.* *2. ad Timot. 2.* *Act. 14.* *Iacob. 1.*
Rom. 8. & *1. Petr. 1.* Item demum dant occasiōē
2. Tim. 2. inuocandi Deum, & gratias agendi pro
Act. 14. liberatione, *Psal. 49.* Inuoca me in die
Iaco. 1. tribulationis, eruam te & honorificabis
1. Pet. 1. me. Vide de Israelitis in omni captiuita-
Psal. 49. te, de tribus pueris, Daniele, Ioseph, Da-
 uid, Iona, Susanna, & Apostolis, aliisque
 iustis. Modus autem quo debeamus per-
 ferre tribulationes, est patiētia sine mur-

muratione, Luc. 21. Col. 1. & Philip. 1. Imò
 cum gaudio, Iacobi 1. & Rom. 5. Illam au-
 tem patientiam oportet petere à Deo, cū
 sit donum eius, Gal. 5. Psal. 61. ab ipso pa-
 tientia mea. Hoc enim statuendum est
 quòd omnia quæ proficiuntur à Deo,
 sunt bona. Istæ autem tribulationes sunt
 à prouidentia Dei, sine qua nō cadit pas-
 ser in terram, nec minimus capillus capi-
 tis nostri. Matth. 10. & Psal. 32. Qui intelli-
 git omnia opera eorum. Dominus enim
 mortificat & viuificat, pro consolatione
 autem nostra in omni angustia, hoc no-
 bis persuasum esto, quòd Deus est pater
 noster nostri amantissimus. Ioan. 16. Pa-
 ter amat vos, qui non permittit ista nobis
 contingere, nisi pro bono nostro: vt re-
 uocet à malo, & inducat ad pœnitentiã.
 1. Corint. 11. & virtutes, vt viuamus in ti-
 more Dei, & sapius oremus. Item con-
 stat nos Deum habere præsente[m], cum
 tribulamur ad auxilium, mitigationem
 tribulationum, vel liberationem omni-
 modam, Psal. 33. Iuxta est Dominus iis,
 qui tribulato sunt corde. & Psal. 90. Cum
 ipso sum in tribulatione, eripiam eum,
 & glorificabo eum: & Psal. 15. à dextris est

Luc. 21.

Col. 1.

Philip. 1.

Iaco. 1.

Rom. 5.

Gal. 5.

Psal. 61.

Matth. 10.

Psal. 32.

Ioan. 16.

1. Cor. 11.

Psal. 33.

Psal. 90.

Psal. 15.

Heb. 13. mihi, ne commouemur. Vnde, Hebr. 13.
 Non te deseram, neque derelinquam:
 Act. 18. quæadmodū pollicebatur Paulo, Act. 18.
 Noli timere, propterea quòd ego tecum
 sum. Item, in tribulationibus dat nouas
 vires, 1. Corint. 10. vult alioqui fidem pro-
 missionis suæ de exauditione exerceri
 per orationem, Iacob. 1. & Mar. 11. Qua-
 ramus igitur primū remissionem cul-
 pæ, & gratiam. Matth. 6. Demum miti-
 gationem pœnæ. Istud enim est sacrifi-
 cium Deo acceptissimum, vt offeramus
 illi voluntatem nostram. Matth. 6. Fiat vo-
 luntas tua. & 26. Non mea voluntas sed
 tua fiat, exemplo, Iob 2. hæc omnia (in-
 quit Psal. 43.) venerūt super nos, nec obli-
 ti sumus tui, &c. hoc est sacrificium acce-
 ptabile pro amouēdis malis. Interim obe-
 diamus Deo, Psal. 37. Subditus esto Deo,
 & ora eum, & cum silentio expectes sa-
 lutare Dei.

CAP. 22. *Bella ecclesiæ post aditionem Christi
 in cælum primum à Synagoga.*

Ecclésiæ veteris bella fuerūt quidem
 grauia, sed longè grauiora nouæ ec-
 clésiæ, quam fundauit Dominus ex duo-